



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXXII. Temulentorum effugium vndecimum; à facilitate
recuperationis valetudinis, ab Ebrietate læsæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

nod noceat; cum tamen pauperibus, quibus illa superflua deberentur, plurimum officiat. Quid verò, si aditum aperiat, peccatis aliis grauissimis? Atq; hoc sibi satius iam suprà est ostensum. An exiguum ma- Lib. I. de
lum, parvulus latrúculus, domum tuam angusta ri- Temulēt.
mula furtim subintrans, & latronibus aliis, ac rapto- cap. 30.
rib⁹ portas aperiens? Atq; hic tecū habita, & cognos-
tes, annon idē de Ebrietate, primo iure sentiendū.

CAPVT XXXII.

Temulentorum effugium vnde cimum, à facilita- Obiectio
te recuperationis valetudinis, ab Ebrietate vnde cima
laſæ.

ET illo quoq; nomine, à quibusdam Ebrietatem
parui fieri compertum est, quod noxas ab ipsa
fuentes, haud magno reparari contingat. Quid tūm,
inquiunt, si me inebriem⁹ totum quod Ebrietas mihi no-
cut, aut somnus curabit, cum crapulam edormiero, aut
abstinentia sequens, resarciet, aut medicorum opera phar-
macis adhibitis, emendabitur. Hęc omnia susq; decq; fe-
ro; Nam idem Accii quod Titii, modo appetitum bi-
bendi expleam.

Responsio.

Bellè quidē, hęc & similia, Bos Cyprius, aut Bæo- Solutio:
tica quæpiam sus, te vulneres vt Chirurgus postea
faucium curet, in ignem te deiicias, vt ambustus in- Similia,
de extraharis: laqueo te suspendas, vt ferè præfoca-
tus, fune succiso, libereris: in mare te præcipites, vt
submersione proximus, à periculo eruaris. Quid e-
num aliud dicas, cùm tāni inepta dicas? Quæ demen-
tia est, si hęc non est?

Nec verò crapulam ita tibi vñquam somnus dis- Mala cra-
pulam liceat, nec abstinentia sequens, tantum proficiet, nec expulsā se-
cūt, nec abstinentia sequens, tantum proficiet, nec expulsā se-

Q. 3. vñ ur qui solitar

vsurpata Medicorum consilia, tām dexterē te iu-
bunt, quin absque dolore, & expensa, prior illa, &
præhabita valetudo, extiterit firmior, quām poste-
rior, magno cruciatu atq; sumptu, ab Ebrietate recu-
perata. Quare si stultum non immeritò dices eum,
qui pecunia aceruum temerē in lacum aliquē pro-
iecisset, & causam rogatus, cur id faceret? Hoc usus
prætextu se excusaret; nil curo, parūm est quod feci.
siccato lacu, facilē inuenta omnia recuperabo, licet
aliqua sit industria expendenda: multō sanē magis
temulentos, hoc suo effugio tām ineptē se defenden-
tes, ab omni mente ac ratione alienos dices. Ne il-
lud hic repetam, quod dictum sāpius, omniuaria
Temulentā ad se mala trahere, non fecus, ac Cæcias
nubes, quæ à nobis procul, atq; aliena facilius effu-
giuntur, quām semel admissa, expelluntur.

CAPUT XXXIII.

*Obiectio
duodeci-
ma.*

*Temulentorum effugium duodecimum à vulgi
auditate.*

Plcbeis ista vulgaris est cōsuetudo, vt si cum sym-
potis, in taberna vinaria, æquali symbolo bibant, ne
eodem precio, aliis plus vini hauriat, quām ipsi, audisci-
mē ingurgitant se, vt venter, buccæ, atq; gula, non raro
crepent. Idq; magis eō, quō rarior illis est vini potus, atq;
ex ea parte, se omni culpa Ebrietatis vacare censem, quod
vinum, precio impenso coemptum, ingesserint.

Solutio.

Verūm isti non lucrantur, sed perdunt symbolū:
idq; duplici dispendio. Nā primū, valetudinis iactu-
rā vt incurant, necesse est: Deinde graui peccato se
contaminant. nec, quod intelligam, auarissima illa
repletio, præsentem sitim, nec futurā aliqua afficere
potest.